



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 71. Urbs Nannetensis in Britannia a Regio exercitu obsessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

adeo pellectus erat, ut fœdus iniret, quo Sæcul. XV  
pollicitus est, quod centum suos lancea- A.C.1487.  
rios, qui tum Gallorum stipendia mere-  
bantur, a Regis exercitu avocare, at-  
que in Britanniam ducere velit.

### §. LXXI.

#### *Urbs Nannetensis in Britannia a regio exercitu obsessa.*

Interea Carolus VIII., occupatis Aqui-  
tanniæ urbibus, die septima Martii  
Burdigalam solemnè pompa ingressus est:  
inde Pictavium contendens, Parthenæam  
urbem, ut se dederet, sollicitatam, mox  
pactis conditionibus occupavit. Postea ex- *Gaguin lib.*  
ercitum in quatuor agmina divisum Bri- <sup>II.</sup>  
tanniam versus duxit, dato negotio, ut *Bellef. lib. 5.*  
uno impetu in illam ex quatuor diversis <sup>c.153. & 159.</sup>  
partibus irruerent; ipse vero, ut eo ci-  
tius hujus expeditionis successum edoce-  
ri posset, Lavalli in Cenomania substituit.  
Hic exercitus triplo major erat, quam  
foederis cum rebellibus Britannis initi le-  
gibus præfiniebatur, unde illius adventu  
Britanniæ Dux anxiis curis presus, nul-  
la mora copias suas contraxit, hostem re-  
pulsurus; verum vix non eodem tempo-  
re compluribus suorum amissis, cum re-  
siduis quatuor millibus Venetum sese re-  
cipere compellebatur: cum vero hujus  
etiam urbis obsidionem vereretur, post  
bre-

Sæcul. XV. brevem moram, consensa navi, Croci-  
A.C. 1487. liacum contendit, ac inde adverso flumine

Nannetem usque revehebatur. Interea  
vero Galli capta Plenermela Venetum ob-  
sidione cingunt, eamque urbem nemine  
oblustante brevi occupant. Tunc primum  
Britones sera licet pœnitentia suum, quo  
in patriæ suæ sinum Gallos advocare de-  
creverant, errorem deflebant; mox enim  
die decima Junii Carolus VIII. copiis suis  
Nannetem urbem obsedit, utque expe-  
ditioni proximior esset, relicto Lavallo  
Augenium usque processit.

*Joligny  
hist. Carol.  
VIII.* Nannetes urbs erat amplitudine sua  
celebris, & valido præsidio munita, ci-  
vesque ad repellendos hostium impetus  
obfirmati, cum potissimum eorum ani-  
mos stimularet Britanniæ Ducis sui præ-  
sentia, qui ipsus præsidii imperium in se  
suscipiens, obsidionis curas partiebatur  
cum Aurelianensi Comite, Arausionensi  
Principe Covennarum Comite, aliisque  
Nobilibus, qua Gallis, qua Britannis.

### §. LXXII.

*Galli obsidionem solvere a Dunensi  
Comite compulsi.*

Eo tempore Dunensis Comes absens  
erat, utpote ad Angliæ Regem pro-  
suptetiis missus, quas tamen advehere  
haud poterat, eoquod adversante vento

in